

occurrentes die Dominico differentes. Nam si **xxii.** die mensis Parmothi qui est **xv. Kal. Maias**, Luna **xiv.** sicut dixi, sapius occurrente Dominico die, Pascha celebremus, inveniemur pridie, id est Sabbato, **xxi.** die mensis ejusdem, qui est **xvi. Kalend. Maias**, **xiii.** Luna tunc existente, non ritè jejunia solvere. Nec enim in **xiiii.** Luna comeditur Pascha. Unde quia **xxii.** die mensis Parmothi, qui est **xv. Kalend. Maias**, dominico die, **xiv.** Luna contingit; non autem convenit die Dominico jejunare: quia hoc Manichæorum est proprium: consequens est in proximam tendere septimanam; intra quam, ut diximus, habemus & **xv.** Lunam, quando crucifixus est Dominus, & **xvi.** Lunam, simul & **xvii.** Lunam, quando resurrexit à mortuis. ita ut **xxviii.** die mensis Parmothi, qui est **ix. Kal. Maias**, vespere Sabbati jejunia pro more solvamus, & sequenti Dominico, **xxix.** die mensis ipsius, qui est **viii. Kal. Maii**, festum Paschale celebremus. Illud etiam necessarium vobis innotescimus, quod & in futuro **cclxv.** anno ab imperio Diocletiani, **xiv.** Luna rursus occurrente **xxiii.** die mensis Parmothi, qui est **xiv. Kal. Maii**, Dominicum Pascha **xxviii.** die mensis ipsius, qui est **vii. Kal. Maias**, Domino præstante celebrabitur. Sed nonnulli subtilitatem Paschalis compoti forsitan ignorantes, Judaicis seducti fabulis, æstimabunt nos in secundum mensis recedere, si festivitatem eatenus exigamus. nescio propterea unde hoc affirmantes. Nam **xiv.** Luna ipsius mensis occurrente, **xxii.** die mensis Parmothi, qui est **xv. Kal. Maii**; quomodo querelam sustinebimus, quin secundo mense Pascha celebremus? Judæi namque ignorantes Dominum tempus quoque Paschæ ignorant. Unde sapius à primo mense recedunt, & in **xiii.** mense Pascha celebrare aliquatenus arbitrantur. Sed beatissimi patres nostri cyclum decemnovennalem certis assignantes, quem violari impossibile est, velut crepidinem, ac fundamentum, & regulam hunc decemnovennalem compotum statuerunt. non juxta Judæorum nunc indoctas, atque ineptas actiones; neque secundum exterorum putativam, fictamque prudentiam; sed secundum gratiam Spiritus sancti instituti in revolutione sapè memorati decemnovennalis circuli, **xiv.** Paschales Lunas diligentius annotarunt. His itaque confectis, illud etiam oportet attendere, quod errent nimium qui primi mensis initium lunaris cursus à **xxv.** die mensis Phamonth, qui est **xii. Kalend. April.** omnino esse constituunt: eo quod tunc initium verni temporis ab his, qui hoc invenire valuerunt, cum omni diligentia præfixum esse videatur. & manifestè quidem secundum cursum Solis, **xxv.** die mensis Phamonth, qui est **xii. Kalend. April.** æquinoctium esse cognoscitur. Sed non oportet ab hoc æquinoctio primi mensis exordium, juxta cursum Lunæ propterea affigere. Alioquin per omnia Solis circulo Lunæ discursus concordare debuerat. Verum quia cunctis habentibus intellectum certum est, quòd velocissimum Lunæ motum cursum Solis minimè consequntur; age jam nunc breviter Deo præstante dubios instruamus, quòd in secundum mensis nullo modo possimus excedere. Si enim in æquinoctio, id est **xxv.** die mensis Phamonth, qui est **xii. Kalend. April.** juxta cursum Lunæ, mensis constitueretur initium, rationis esset opinari nonnullos in secundum mensis nos posse recedere. Nunc autem, quia **xv.** Luna primi mensis per octavam Indictionem, quæ ventura est **xxii.** die mensis Parmothi, qui est **xv. Kalend. Maii** invenitur; certum est, quòd initium ejusdem mensis primi juxta Lunæ cursum nono die Parmothi, qui est **prid. Non. April.** occurrat. Cum ergo **xiv.** Luna **xxii.** die mensis Parmothi invenitur, qui est **xv. Kalend. Maii**, Dominicum Pascha **xxix.** die mensis ipsius Parmothi, qui est **viii. Kal. Maii** celebrantes, in secundum mensis minimè recedimus; cum Lunam tunc **xxi.** indubitatè habeamus. Quomodo igitur excurreremus in mensis secundum, quandoquidem initium primi mensis juxta Lunæ cursum, sicut paulò antè dictum est, **ix.** die mensis Parmothi, qui est **prid. Non. April.** existat, & **xiv.** Luna **xxii.** die mensis ipsius; id est **xv. Kalend. Maiarum** die proveniat. Hoc autem ita declarato, certum est, quòd in secundum mensis nullatenus excurramus **xxix.** die mensis Parmothi, qui est octavo **Kal. Maii** Dominicum Pascha celebrantes. Cognoscant itaque per tuam sanctitatem, qui in illis partibus ambigunt, quòd legitime per octavam In-

ditionem Pascha peragimus. Propterea enim scripsit Patrum, & in hoc Ecclesiasticas formulas subsequens & exinde occasiones rei hujus allumens. Sic namque & præcursores nostri, siquando dubietas orta est, prædicere festinabant; ut ubique consonanter ageretur sancta festivitas. Quod etiam nunc juxta præfixam consuetudinem credimus in Domino prædicari in Ecclesiis, unam fidem; unum Baptisma; unam solemnitatem sacratissimam Paschalem ab omnibus Christianis ubique celebrari in Christo Jesu Domino nostro: quia in ipso vivimus, & movemus, & sumus. Transferre verò hanc Epistolam in Latine vocis eloquium non satis certum esse putavimus; ne forte Græcizantes potius apud nos, nec etiam valentes hæc diligenter exprimere, laderent veritatem propter informem sermonem, atque congruum: & qui forte non ita possit ardentem, scienterque transferri, sicut causa poscebat. Saluta eam, quæ tecum est, fraternitatem. te quæ nobiscum est, salutem in Domino. Et alia manu: Valere te, & nostri meminisse Domine precor dilectissime, & desideratissime.

### EPISTOLA PRIMA DIONTSII EXIGUI.

**D**OMINO beatissimo, & nimium desideratissimo Patri Petronio Episcopo, Dionysius Exiguus. Paschalis festi rationem, quam multorum diu frequenter à nobis exposcit instantia, nunc adjuti precibus vestris explicare curavimus, sequentes per omnia venerabilium **cce. x. & viii.** Pontificum, qui apud Nicæam civitatem Bithyniæ contra vesaniam Arii convenerunt, etiam rei hujus absolutam veramque sententiam, qui quartas decimas Lunas Paschalis observantia per **x. & ix.** annorum redeuntem semper in se circulum stabiles immotatque fixerunt: quæ cunctis seculis eodem quo reponuntur exordio sine varietatis labuntur excursu. Hanc autem regulam præfati circuli non tam periticia seculari, quam sancti Spiritus illustratione sanxerunt, & vel ut anchoram firmam & stabilem huic rationi lunaris dimensionis apposuissent cernuntur. quam postmodum nonnulli vel arrogancia desipientes, vel transgredientes infentia, Judaicis induciti fabulis, diversam atque contrariam formam festivitatis unica tradiderunt. Et quia sine fundamenti soliditate non potest structura ulla consistere, longè aliter in quibusdam annis Dominicum Pascha, & Lunæ compotum præfigere maluerunt, inordinatos circulos ordientes, qui non solum nullam regulam stabilitatem: verum etiam cursum præferrent errore notabilem. Sed Alexandrinæ urbis Archiepiscopus beatus Athanasius, qui etiam ipso Nicæno concilio tunc sancti Alexandri Pontificis Diaconus, & in omnibus adjutor interfuit: & deinceps venerabilis Theophilus, & Cyrillus ab hac Synodi veneranda constitutione minimè desciverunt. Immo potius eundem decemnovennalem circulum, qui enneacaidecetera Græco vocabulo nuncupatur, sollicitè retinentes, Paschalem cursum nullis diversitatibus interpolasse monstrantur. Papa denique Theophilus e. annorum cursum Theodosio seniori principi dedicans, & Sanctus Cyrillus cyclum temporum **xc. & v.** annorum componens, hanc sancti Concilii traditionem ad observandas quartas decimas Lunas Paschales per omnia servaverunt. Et quia studiosis, & quærentibus scire quod verum est, debet ejusdem circuli regula fixis inhaerere, hanc post præfationem nostram credidimus adscribendam. **xv.** autem annorum hunc cyclum studio, quo valuimus, expeditè contendimus: ultimum ejusdem beati Cyrilli, id est quintum circulum, quia **vi.** adhuc ex eo anni supererant, in nostro hoc opere præferentes: ac deinde quinque alios juxta normam ejusdem Pontificis, immo potius sæpèdicti Nicæni concilii nos ordinasse profiteamur. Quia verò sanctus Cyrillus primum cyclum ab anno Diocletiani **cliiii.** cepit, & ultimum in **cclvii.** terminavit: nos à **cclviii.** anno ejusdem Tyranni potius quam Principis inchoantes, nolimus circulis nostris memoriam impij & persecutoris innectere. sed magis elegimus ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi annorum tempora prænotare: quatenus exordium spei nostræ notius nobis existeret, & causa reparationis humanæ,

humanæ, id est passio redemptoris nostri evidentius eliceret. Hoc præterea legorem putavimus admonendum, quòd circulus iste **xc. & v.** annorum, quem fecimus, cum finito tempore in id ipsum reverti cõperit, non per omnia propositam teneat firmitatem. Nam licet anni Domini nostri Jesu Christi ordinem suum continuata serie custodiant, & Indictiones per annos **xv.** solita revolutione decurrant, epactas etiam, quas Græci vocant, id est adjectiones annuas lunares **xi.**, quæ **xxx.** dierum sine se redeunt, fixis regulis invenias annotatas, decemnovennalem quoque recursum & Paschales quartas decimas Lunas eadem omnium ævorum revolutione reperias: tamen tenorem similem constantia nequeunt custodire concurrentes dies hebdomadam, & dies Paschæ Domini, Lunæque ipsius diei Dominici. Concurrentium autem hebdomadam ratio, quæ de Solis cursu provenit, septeno annorum jugi circuitu terminatur. In quo per annos singulos usum numerare curabis. in eo tantummodo anno, in quo bisextus fuerit, duos adjectives. quæ causa etiam facit ut non per omnia circulus iste **xv.** annorum suo recursum concordari videatur. Nam cum in ceteris annis non differant, in his aliis solis, in quibus se bisextus interfert, Pascha dominicum cum sua Luna vario modo rationis occurrit. Sed hi qui ordine fixo per omnia decurrunt tempora, mobilium casuum sua stabili circuitione sine ulla possunt difficultate dirigere. Et ideo post expletionem **xv.** annorum, cum harum rerum diligens ad exordium redire voluerit, non ad quintum cyclum S. Cyrilli, quem nobis necessarium proposuimus: sed ad nostrum primum vigilanter excurat. & ordine, quo diximus, per eos, qui firmum cursum retinent, eorum progressum qui videntur titubare sustentent. Illud quoque non minori cura notandum esse censuimus, ne in primi mensis agnitione fallamur. Hinc enim penè cunctus error discrepantiæ Paschalis exoritur, dum temporis initium ignoratur. Nam cum Dominus omnipotens hanc sacratissimam solemnitatem celebrandam filiis Israël, qui ex Ægyptia servitute liberabantur, indiceret, ait in libro Exodi ad Moysen & Aaron in terra Ægypti. Mensis iste principium mensium primus erit in mensibus anni. Itemque ibidem: Primo, inquit, mense **xiiii.** die mensis ad vespertum comedetis azyma usque ad **xxi.** ejusdem ad vespertum. In Deuteronomio quoque idem legislator Moyses ita populum de hac re commonet dicens: Observate mensis novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Pascha Domino Deo tuo quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto noctu. Tanta hac auctoritate divina claruit primo mense **xiv.** die ad vespertum usque ad **xxi.**, festivitatem paschalem debere celebrari. Sed quia mensis hic unde summat exordium, vel ubi terminatur, evidenter ibi non legitur, præfati venerabilis **cce. decem & viii.** pontifices antiqui moris observantiam, & exinde à sancto Moysese traditam, sicut in septimo libro Ecclesiasticæ referitur historice, solentius invigilantes, ab **vi.** Idus Martii usque in die nonarum Aprilium natam Lunam face-re dixerunt primi mensis exordium: & à **xii.** die **Kal. Apr.** usque in **xiv. Kalendas Maias Lunam xiv.** solentius inquirendam. Quæ quia cum Solis cursu non æqualiter volvitur, tantorum dierum spatium occursum vernalis æquinoctii consequntur, qui à **xii.** Kalendarum Aprilium die cunctorum orientalium sententis, & maxime Ægyptiorum, qui calculationis præ omnibus gnari sunt, specialiter annotatur. In quo etiam si Luna **xiv.** Sabbato contigerit: quod semel in **xv.** annis accidere manifestum est: sequenti die Dominico, id est undecimo **Kal. Aprilis** Luna **xv.** celebrandum Pascha eadem sancta Synodus sine ambiguitate firmavit. Hoc modis omnibus commonens, ut ante **xii.** Kalendas Aprilis Lunam **xiv.** paschalis festi nullus inquireret, quæ non primi mensis, sed ultimi esse constaret. Sed nec hoc prætereundum esse putavimus, quòd nimis errant, qui Lunam peragere cursum sui circuli **xxx.** dierum spatii æstimantes, duodecim lunares menses in **cclxx.** diebus annumerant. quibus etiam quinque adjiciunt, quos intercalares appellavit antiquitas, ut Solarem annum adimplere videatur. Cùm diligens inquisitione veritatis ostenderit in duobus Lunæ circulis non **ix.** dies, sed **lix.** debere numerari. Ac per hoc in **xii.** lunaris mensibus **ccliv.** dierum summam colligi. cui epactas Ægyptii annuas; id est **xi.** dies accommodant; ut ita demum

lunaris emersio rationi Solis adæquetur. Quòd verissimum esse, atque certissimum suprascriptorum Patrum sententia comprobatur. qui juxta hanc Ægyptiorum calculationem **xiv.** Lunas Paschalis observantia tradiderunt. Sed nonnulli tantæ subtilitatis, sive potius sancti ignari, dum alia supputationis argumenta perquirunt, à veritatis tramite recedunt. Unde plerumque contingit, ut quando sæpèdicti Patres decimam quartam Lunam ponunt; eam isti **xv.** suscipiunt; & quæ **xxi.** est, **xxii.** esse pronuntiant. Sed nobis, quibus amor, & cura est Christiana religionis, nulla propterea oportet ratione discedere: sed præfixam ab his Paschalem regulam sincerissima convenit observatione servare. Quanta verò in Ecclesiis toto terrarum orbe diffusis horum Patrum nitamur auctoritate, non labor est ostendere: cum secundum Concilium apud Nicæam post tempora non longa conveniens, eorum primitus definitione, quam de Paschali ratione protulerant, nullo modo violandam esse censuerunt. Denique in Sanctis canonibus, sub titulo **lxxxix.** qui est primus ipsius Antiocheni Concilii, his verbis invenitur expressum. Omnes, qui ausi fuerint dissolvere definitionem sancti, & magni Concilii, quod apud Nicæam congregatum est, sub præsentia piissimi, & venerandi principis Constantini, & salutiferæ solennitate Paschali, excommunicandos, & de Ecclesia pellendos esse censemus. si tamen contentiosi adversus ea, quæ bene sunt decreta perseveraverint. Et hæc quidem de laicis dicta sunt. Si quis autem eorum, qui præfunt Ecclesiæ, aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus post hanc definitionem tentaverit ad subversionem populorum, & Ecclesiarum perturbationem seorsum colligere, & cum Judæis Pascha celebrare; sancta Synodus hunc alienum jam hinc ab Ecclesia judicavit: quòd non solum sibi, sed plurimis causa corruptionis, ac perturbationis existerit. Nec solum à ministerio tales remouet; sed etiam illos, qui post damnationem hujusmodi communicare tentaverint, damnati sunt, omni quoque extrinsecus honore privati, quem sancta regula, & Sacerdotium Dei promeruit. His non dissimilia venerabilis Papa Leo sedis Apostolicae Præful pronuntiat dicens: Contra statuta canonum paternorum, quæ ante longissimam ætatis annos in urbe Nicæa spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur: ita ut si quis diversum quid velit decernere, se potius minuat, quam illa corruptat. Quæ si ut oportet à cunctis Pontificibus intemerata serventur, per universas Ecclesias pax erit, & firma concordia. & iterum: In omnibus, inquit, Ecclesiasticis causis his legibus, obsequimur, quas ad pacificam observantiam omnium Sacerdotum per **cclxxviii.** antistites Spiritus sanctus instituit: ita ut etiam si multi plures aliud, quam illi statuerent, decernant, in nulla reverentia sit habendum quicquid fuerit à prædictorum constitutione diversum. Sufficenter, ut putamus, cunctis indicitur, ne deinceps aliter, quam à sanctis constitutum est Patribus, sacratissimum Pascha celebretur. Quòd si testimonia tantorum Sacerdotum forsitan quis obstinata mente despexerit, etiam historia Ecclesiastica parva breviter intimata reperiet, multorumque relatione Pontificum, & maxime beati Athanasii, cujus supra meminimus, hæc eadem vulgata cognoscat. Id ipsum verò Epistola sancti Proterii Alexandrinæ urbis Episcopi ad eundem Papam Leonem pro hac eadem Paschali questione directæ testatur. quam ante hos annos transferentes è Græco, huic operi nectendam esse perpeximus: nec non & argumenta Ægyptiorum sagacitate quæsitæ subdidimus; quibus, si forsitan ignorentur, Paschales tituli possint facile reperiri, id est quotus sit annus ab Incarnatione Domini, & quata sit Indictio. quotus etiam lunaris circulus decemnovennalis existat; ceterique similes supputationis compendio requirantur. Orantem pro nobis beatitudinem vestram divina gratia custodire dignetur.

### EPISTOLA DIONTSII II de ratione Pasche.

**D**OMINIS à me plurimum venerandis Bonifacio primicerio notariarum, & Bono secundicerio, Dionysius Exiguus salutem.



Reverentia Paschalis regulam diu, sancto, ac venerabili Petronio Episcopo commentone, tandem stylo commendare compulsi, omnem deinceps diversitatis oppugnationem sublata fore credideram; maxime quod Sanctorum ceterorum, antilium, qui apud Nicenam convenerant, auctoritatem totis nitibus insinuare curaveram. qui in ipso Concilio venerando decemnovennalem Cyclum regulariter assignentes, quartas decimas Lunas Paschalis observantia per omnia tempora legis suae revolutionis immobiles annotaverunt. Sed quoniam sanctitas vestra orta rei hujus quaestione, de archivo Romanæ Ecclesiæ Paschafini venerabilis Episcopi scripta, quem constat pro persona beatissimi Pape Leonis sancto Chalcedonenfi præfuisse Concilio, ad eundem Papam per idem tempus directam nunc protulit, quæ Sanctis Patribus evidenti ratione consentiunt, huic præsentis indidimus operi: ut hujus etiam viri testimonio niteremur, qui manifestum miraculo venerabilium Pontificum Paschalia decreta confirmat. Quod verò in scriptis ipsius communium annorum, & embolismorum mentio facta est, & à nonnullis hæc ratio, quæ ex Hebræorum, ut fertur, traditione descendit, magnopere quaritur, scire volentibus, utrum huic paterna regula consonare videatur, necessarium duximus & hanc notitiam, ne probeur in aliquo dissidere, coacta brevitate digerere. Novimus itaque quia idem decemnovennalis cyclus per ogdoadam; & endecadæm semper in se revolvitur. Octo namque & undecim ipse numerus explicatur. Ogdoas ergo, quæ incipit à primo decemnovennali cyclo, qui est lunaris xvii. hæc ratione peragitur; ut annos primum & secundum, communes, id est minores habeat: tertium embolismum, id est majorem: annum quartum, & quintum item communes; sextum embolismum; septimum communem; octavum embolismum. Ac per hoc ogdoadis communes anni quinque, & tres embolismi jugiter adscribuntur. Communis autem annus xii. lunares menses colligit, qui

\* Descl. ccccliv. efficiunt. Embolismus autem annus, & Lunas xii. & dies cccclxxxiv. habere monstratur. Item hendecadæ hæc lege discunt. Incipit à anno cyclo decemnovennali, qui est lunaris sextus, cujus primus & secundus annus communis est; tertius embolismus; quartus & quintus communis; sextus embolismus; septimus & octavus communis; nonus embolismus; decimus communis; undecimus embolismus: sique hendecadæ communibus annis septem, embolismis iv. terminatur. Embolismorum autem ista ratio probatur existere, quia annorum communium videtur damna supplere; quatenus ad solare tempus lunaris exæquare excursio. Quamvis enim anni solaris circulum per singulos menses Luna circumeat, tamen ejus perfectio nem xii. suis mensibus implere non prævalet. Denique in annis communibus ad rationem solaris anni, xi. dies Lunæ desse cernuntur. In embolismis verò xix. diebus eundem annum videtur solarem Lunam transcendere.

Quapropter ogdoadis, & hendecadis annos juxta præfati circuli ordinem in medium proferamus; & li quid probabimus per viii. annos & xi. Lunæ cursum cum Sole contendere: quando tot dies ista colligat, quot ille cucurrerit. In ogdoade diximus v. annos esse communes, tres embolismos. Quinque ergo trecenti quinquaginti quaterni sunt ii. dclxxx. & ter trecenti octogeni quaterni ii. cclii. ac per hoc simul sunt ii. dcccxxii. Similiter viii. anni solares, si in summam redigantur, id est octies trecenti sexaginti quini, & quadrens. faciunt simul ii. dcccxxxii. Similiter & hendecadis annos, qui sunt communes vii. & iv. embolismi, si in summam ea, qua diximus, suppositione congesteris, tantumdem penè reperies, quantum xi. solares anni conficiunt; hoc est ii. lxxxv. Hæc est ergo embolismorum, sicut prædiximus, ratio, ut incrementis suis communium annorum detrimenta compensent. Sed jam pulcherrimam vobis atque præclaræ collectionem ipsius cycli decemnovennalis ostendam, per quam omnem deinceps ambiguitatem, si qua mota fuerit, auferatis. nec sit ita quis nimio stupore percussus, qui demonstrata sibi veritatis luce non gaudeat, & ignorantie relicti tenebris, tantæ rationi protinus non acquiescat. A decima quinta Luna

Beda cap. xi. de rat. Temp.

sequentis, quod quarimus, si communis annus est, ccccliv. dies habebit. Si embolismus cccclxxxiv. Quod si dies unus plus, minùse contigerit, evidens error est. excepto videlicet anno primo sepe dicti decemnovennalis cycli, quem à xiv. Luna Pasche ultimi, id est nonidecimi anni, usque ad xiv. ejusdem numerare curamus; propterea quod idem ultimus præfatus, id est adjectiones lunares xviii. tunc retinet. Primo anno non xi. ut in ceteris, sed xii. dies accommodat. Et quia xxx. dierum sine voluntur; nulla epacta in principio ipsius cycli ponitur. Secundus autem annus xi. suscipit. & ideo sicut diximus. à xv. Luna Pasche primi cycli usque ad finem ejus, in communibus & embolismis annis præfixos dies nos invenire non dubium est. Quod si aliter aliquando calculantium imperitia fuerit fortassis expositum, hæc observantia rationis eorum falsitas arguatur. Atque ut hoc manifestius possit intelligi, præsentis anni monstramus exemplum.

Indictio quippe iv. est, & lunaris circulus undecimus; decemnovennalis cyclus xiv. & quoniam hendecadis sextus annus est, eam embolismum esse necesse est. A xv. itaque Luna præteriti festi usque ad xiv. præsentis quot sunt dies diligentius inquiramus, & inveniemus procul dubio quando Pascha celebrare debeamus. Transacto anno Indictioe iii. Luna xiv. novo Kalendarum Aprilium die, id est xv. mensis Martii fuisse quis dubitet, qui curam rei hujus habere quantumcumque cognoscitur? Et ideo ab viii. Kalendarum Aprilium die numerandi sumamus exordium; habemus Martii dies vii. Aprilis xxx. Maii xxxi. Junii xxx. Julii xxxi. Augusti xxxi. Septembris xxx. Octobris xxxi. Novembris xxx. Decembris xxxi. Januarii xxxi. Februarii xxviii. Martii xxxi. Aprilis xii. dies, quod est pridie Id. Aprilis. sunt simul cccclxxxiv. Quod si juxta eorum definitionem, qui Lunam aliter, quam se veritas habet, computant xiv. non pridie Idum Aprilium, sed tertio Idum demum occurrere, cccclxxxiii. dies imminuto numero colligemus. quod nullo fieri pacto conceditur. Et ita semper quotiens dubitatio talis occurrerit, à xv. Luna transacta festivitatis usque in xiv. Pascha, quod quarimus, dies sollicitè computemus. Et si communis annus est, ccccliv. dies, si embolismus est, cccclxxxiv. inveniemus. nec inæqualitas prorsus evenit. quia regulæ cycli hujus hæc ratio subsistit, cujus enucleatam formulam subiecta descriptione pandemus.

Annus decemnovennali primo, lunari decimo septimo, à decimo quinto Kalendas Maii, usque Nonas Aprilis, quia communis annus est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali secundo, lunari decimo octavo, ab octavo Idus Aprilis usque in octavo Kalendas Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali tertio, lunari decimo nono, à septimo Kalendas April. usque in Idus Aprilis, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

Annus decemnovennali quarto, lunari primo, à decimo octavo Kalendas Maii, usque in quartum Nonas Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali quinto, lunari secundo, à iii. Nonas Aprilis, usque ad undecimum Kalendas Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali sexto, lunari tertio, à decimo Kalendas Aprilis, usque in quartum Idus Aprilis, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

Annus decemnovennali septimo, lunari quarto, à tertio Idus Aprilis, usque in tertium Kalendas Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali octavo, lunari quinto, à prid. Kal. April. usque in decimum quartum Kalend. Maii, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

Annus decemnovennali nono, lunari sexto, à decimo tertio Kal. Maii, usque in septimum Idus Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali decimo, lunari septimo, à sexto Idus Aprilis usque in sextum Kal. Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali undecimo, lunari octavo, à Kalend. Aprilis usque in septimum Kalend. Maii, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

Annus decemnovennali duodecimo, lunari nono, à sexto Kalend. Maii, usque in prid. Non. Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus

Annus decemnovennali decimo tertio, lunari decimo, à Non. Aprilis, usque in nonum Kalend. Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali decimo quarto, lunari undecimo, ab octavo Kalend. April. usque in secundo Idus Aprilis, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

Annus decemnovennali decimo quinto, lunari duodecimo, ab Idibus Aprilis, usque in Kalendas Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali decimo sexto, lunari decimotertio, à quarto Non. Aprilis, usque in duodecimum

Kalend. Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv. Anno decemnovennali decimo septimo, lunari decimo quarto, ab undecimo Kalend. Aprilis usque in quinto Idus Aprilis, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

Annus decemnovennali decimo octavo, lunari decimo quinto, à quarto Idus Aprilis usque in quarto Kalend. Aprilis, quia communis est, sunt dies ccccliv.

Annus decemnovennali decimo nono, lunari decimo sexto, à tertio Kal. Apr. usque in decimum quintum Kal. Maii, quia embolismus est, sunt dies cccclxxxiv.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΠΡΟΛΟΓΟΥ ΤΗΣ ΘΕΟΦΙΛΙΟΥ

Ἰστοῦ νόμου γρηγορίου καὶ ἐπιφανῶν ἀγίων, ἡ ἐπιφανῶν δὲ Πάσχα, ἡ τὸ τῆς ζήτησῶν ἐπιφανῶν καὶ τῆς δόξης τοῦ κυρίου.

PROLOGUS THEOPHILI

Alexandrii Episcopi ad Theodosium Imperatorem de sancto Pascha, quod secundum legem divinam annis singulis accipimus, & ejus quaestionibus brevis & cum dilucidâ expositione assertio.

**Τ**ὸ μὲν ἄρτιον ἢ μακάριον Πάσχα ἔστι τὸ ἀληθινὸν καὶ ἀσπαστὸν τῆς ἐπιφανῶν δόξης τοῦ κυρίου, ἡ τὸ τῆς ζήτησῶν ἐπιφανῶν καὶ τῆς δόξης τοῦ κυρίου.

**S**ANCTUM quidem, & beatum Pascha aperte lex divina distinguit. Mensem quoque ejus, in quo debeat fieri significat: diem etiam cum cautela maxima observari jubens. Hæc enim Dei vox est in eadem lege proposita: *Observa mensem novorum, & facies Pascha Domino Deo tuo*

xiv. die mensis primi. Mensem autem novum dixit, quem & primum vocat, in quo adulti fructus, \* adventum suam prænantiam veterum cessationem. In xiv. autem die ipsius mensis observari Pascha præcepit, non propter aliam causam, nisi propter similitudinem Lunæ, qua tunc in fulgore plenum habet globum proprium, ut nos quoque perfectum splendorem fidei & sensus gerentes, à peccati tenebris segregemur, & ut vegetati diversarum varietate virtutum earumque foliis, veluti amantæ arboris adumbratione velati, tamquam læta, atque fructifera fegetes, pullulemus. xiv. autem diem mensis appellat non secundum Solis cursum, sed secundum Lunam. Hebræi enim non ex Solis circulo, sed ex Luna, mensem fieri debere dixerunt: quoniam & mensis secundum Lunam dicitur nomen, quod Achiva lingua *mene* vocatur. Ægyptii enim primi propter Lunæ celeritatem, ex qua apud quosdam nostrorum erroris causa nasci solebat, ex Solis cursum mensem, ac dies supputandos facilius crederent, eo quod Sol tardius cælum quam Luna circumeat, atque ideo possit facilius comprehendi. His igitur ita se habentibus, multi & primum mensem, & in eo Pascha xiv. diem nesciunt; quia frequenter secundum Hebræos xii. mensem anni hiberni temporis mutationis confinem atque contiguum, ut per omnia primum statuum. Hoc autem faciunt, quod verba immutationis initium xii. Kalend. Aprilis die juxta Solis cursum semper incurrat; quod ante omnia observare non convenit; \* nisi forte in hac ipsa mutatione inferius adhuc, & longius constituta per errorem quos xiv. computet Lunam, in Paschalis calculi ratione fallatur, quasi primæ eam æstimans mensis. Neque enim in xiv. mensis immutationis hibernæ; ut prius dixi, novorum fructuum ponitur mensis: necdum fructibus novis maturecentibus. quandoquidem nec falces supponi messibus possunt. Hoc enim maxime signum primi mensis lex divina constituit. Sed quia accedere interdum solet, ut occasione xiv. Lunæ mensis primi, nonnulli in errorem cadant, si xiv. ipsa Luna in dominicum diem veniat; quo factò necesse est jejunium solvi Sabbati die; quando xiv. Luna venire monstratur, & incipiunt legi contraria facere: convenit itaque diligenter attendere, ut quotiens xiv. Luna in Dominicum incurrit diem, in sequentem septimanam Paschalem diem potius differamus. duplici hoc modo. Primum quidem, ne xiii. Luna inventa in Sabbati die, solvamus jejunium: quod consequens non est. quod nec ipsa lex præcipit. maxime quod & lumen ipsius Lunæ imperfectum adhuc in proprio loco esse videatur. Deinde ne Dominica Luna xiv. constituta jejunare cogamur, indecentem rem, illicitamque facientes. Hoc enim Manichæorum sectæ consuetudo possidet. Quoniam igitur nec xiv. Luna veniente in Dominicam diem jejunare debeamus, neque consequens est ut, si in Sabbati die xii. Luna veniat, solvamus jejunium, necessarium asserimus hoc in septimanam sequentem debere differi. sicut paullo superius comprehendi. non tamen ex hac dilatare prævaricatione aliqua circa Paschalem calculum perpetuata. Quemadmodum enim decimus [nonus] complectitur nonum: sic & quoties xiv. Luna in Dominicum incurrit diem, eo quod in

For. alj. tem. Multa sunt hic Græc.

Cor. ne si



ea jejulare non liceat, in proximam septimanam differri necesse est diem Paschæ. Nulla enim ex hoc immunito fieri Paschæ videtur; quia ipsi frequentes dies complectuntur & reliquos. Aliter autem, quod & Salvator noster xiv. quidem est traditus Luna; hoc est quinta post Sabbatum, xv. autem crucifixus, die tertio resurrexit, hoc est septima decima Luna, que tunc in Dominica die videtur inventa: sicuti & ex Evangeliorum observacione comperimus. Habemus ergo solatium, quod recte facere Pascha possumus, etiam si dilatio fuerit consecuta, propter incurrentem necessitatem: ut si xiv. primi mensis incurrat, Sabbato evenerit Luna. aut si in aliis ante Sabbatum diebus septimanæ sequentis acciderit, sine dubitatione Pascha celebremus. Si verò in Dominicam incidit, omnimodò in septimanam sequentem, ut sæpius dictum est, differamus propter eas, quas præfati sumus, causas.

scribitur  
ex Bedæ  
lib. de  
Temp. Trin.  
cap. lxxii.  
ut si xiv.  
primi  
mensis in  
Sabbato,  
&c.

His ergo demonstratis, atque patefactis, hoc etiam considerandum est, quod & lex frequenter causâ necessitatis eos, qui constrictione temporis quadam non poterunt in primo mense Pascha celebrare, secundo idem facere præcipit. Melius enim est in necessitate positos superiores, quam inferiores sectari. quoniam inferiora superioribus continentur, superiora autem ab inferiore numero non includuntur. Illud iterum quod posuimus declarantes, quoniam decimus numerus novum intra se continet: nonus autem decimum continere non possit. Quod si lex ad secundum mensem transire nos præcipit; si non possumus sanctum Pascha primo mense celebrare, propter quasdam necessitates; non intelligo cur non, si xiv. in Dominicam diem incurrerit Luna, rationabiliter in septimanam sequentem dilationem Paschæ facere debeamus: manente & primo mense, & xv. Luna, in qua Salvator crucifixus est; manente etiam & xvii. \* quoniam post triduum resurrexit. Hæc igitur mediocriter à nobis ordinatione disposita uniuscujusque anni calculum, qui ad supputationem pertinet Paschæ \*\*\* diligenterque posuimus à primo Consulatu religiosissimi Imperatoris Theodosii centum usque annos adnectentes simul, ac manifestantes xiv. Lunæ notitiam & Dominici Paschalis diei.

\* Bedæ  
quando.

PROLOGUS S. CYRILLI.

SANCTUM Paschæ mysterium, ejusque clara solennitas, si sicut est à Salvatore nostro Apostolis tradita observaretur, illibata mansisset, si eam quorundam perveritas inter cetera fidei sacramenta minime temerasset. illi etiam qui eorum pravitate responderent conati sunt, & lxxxiv. annorum Paschalem circulum instituerunt, perfectæ rationis circulum tenuissent, si in supputatione mensium, vel annorum humanam, seu divinam traditionem sequi potuissent. Unde tanta sunt ignorantie tenebris involuti, ut in utrumque Paschalis ignorantie periculum decidissent. Ita etiam à xiv. Luna, quam vulgus putat xvi, cum adhuc orbis sui circulum non impleisset, ad vesperam Sabbati, & ante mensem novorum Pascha celebrando, contra præceptum Domini frequenter docentur errasse. Quod alii prævidentes, ac reprehendentes, & quasi emendare cupientes, quia non divina revelatione illuminati, sed humanæ scientiæ præsumptione elati sunt, pejus aliud addiderunt; & sicut illi per sex quatuordecennitates; ita & isti per septem sedecennitates, & quoddam dimensionum pergulas, duplicatos, vel multiplicatos numeros, ac monogrammas adnotando scribere niterentur: per quorum difficultates angustas, & infinitas controversias, quibus se invicem impugnantis noti sunt, offensi nonnulli, ut relictis observationibus omnibus viii. tantummodò Kalendarum Aprilium die, quotacumque Luna, vel feria incidisset, jam non Pascha Domini, quod est in die solemnitas Resurrectionis, & in Luna plenitudo luminis, ac societas sempiterni Solis; sed natale mundi tantummodò irrationabiliter celebrarent. Superstusque autem quis extendit humanum ingenium, & linguam habebit expolitam, nisi ab eo, qui stultam fecit sapientiam hujus mundi, ad veram sapientiam

sensus condirigatur. Cum his igitur, atque hujusmodi diffusionibus per universum orbem Paschalis regula turbaretur, sanctorum totius orbis synodi consolatione decretum est, ut quoniam apud Alexandriam talis esset reperta Ecclesia, que in hujus scientia claret, quata Kalend. vel Iduum, quata Luna Pascha debeat celebrari, per singulos annos Romanæ Ecclesiæ litteris intimaret. unde Apostolica auctoritate universalis Ecclesia per totum orbem diffinitam Paschæ diem sine ulla disceptatione cognosceret. Quod cum per multa secula partem custodissent, nullamque inde Scripturarum quisquam crederet, ubi nulla questio solveretur, & nonnumquam occurreret, ut in Sabbato Luna xx, que illi xxiii, decimo quinto Kalendarum Maiarum usque in viii, quasi in secundo mense Pascha celebrare metuerent, essetque magna confusio in omni Ecclesia, Prætorio, vel Palatio; Theodosius religiosissimus Imperator, qui non solum in humanis, verum etiam in divinis legibus placere Deo semper studuit; sanctum Theophilum totius Alexandriæ urbis Episcopum suis litteris interrogavit, ut sacramentum Paschæ evidentissima ratione disserere, si bique dirigere dignaretur. Cujus sanctissimi præceptis obtemperans, ccccxviii. annorum circulum Paschalem instituit, ejusque clementiæ, à primo anno Consulatus ejus usque ad centum calculans, quoto Kalend. vel Iduum, & quata Luna Pascha debeat celebrari, subiectis suis litteris destinavit, manifestamque veritatem sub libello breviter perstrinxit. In quo revelante sibi Domino, perfectæ rationis ordinem pandit, omnisque errores, ac superfluas quaestiones luce clariùs expugnavit, atque dissolvit. Sed quoniam jam illi diversi circuli per totum orbem disseminati, etiam nostrorum animos inconcusse possederunt; iste, qui nuper est editus, vix ad paucos potuit pervenire. Cujus cum nimia profunditate penè omnes sensus excedere pervidisset, revelationem Domini postulavi, & hoc, quod de ipso fonte haurire promerui, in isto libello præsumens exposui, quod nec illos, apud quos ipsum circulum vidi, intellexisse cognovi. Et ne forte quadringentorum viii. annorum infinita congeries aut fastidium cognoscendi, aut pignitiam describendi quibusdam afferret; in nonaginta quinque annos eundem circulum breviavi, quos per illos annos vivere sine ulla differentia recognovi. Unam tantum a se in quibusdam annis propter rationes bissexti, qui occurrere non potuit usque ad illum summum circuli ultimum annum, qui redit ad caput, adiciendum, vel potius dimitendum admonui. A xii. autem Kalendarum April. die, usque in viii. Kalend. Maii per dies xxxv, qui faciunt septimanas v, sanctum Pascha celebrare confirmans. De ipsa septimana habere manifestum est, reliquos ejus quinque dies adijci; ut propter Dominicam diem à xiv. Luna usque ad xxi, sicut præceptum est, distendisset. Quæ quidem Luna efficitur xiv. à xii. Kalendarum April. die, usque in xiv. Kalendarum Maiarum: & propterea hos quoque dies protendere minime dubitavi: quod ipsa Luna in viii. Kalend. Maii protenditur infra primi mensis terminum, & nascitur, & impletur secundum supputationem Hebræorum, quibus Pascha in pasfiguratione Christi præceptum est. Post annum embolismicum occurrat, qui xiiii. menses lunares, id est cccxxxv. dies habere sancto Moyse divinitus revelatum est. Unde constat hos quinque dies mensis novorum additos, id est

Hæc  
mendobis  
luna.

Hæc  
mendobis.

EPISTOLA S. CYRILLI EPISCOPI.

non secundi mensis esse, sed primi, qui etiam si secundi essent, propter Domini resurrectionem erga Ecclesiæ plenitudinem non immeritò viderentur adijci. Illi etiam, qui longius habitabant, vel immundi in anima fuerant, in secundo mense iusti sunt Pascha celebrare. quod in typum intelligitur sanctæ Ecclesiæ: quæ cum omnibus demonibus confectione immunda videbatur in anima; salubri verò confectione mundata ad secundam nativitatem, quasi ad secundum mensem, transire præcipitur. Ante mensem autem novorum, mensis est ultimus, & in quo verum Pascha fieri penitus abnegatur. Sed ut breviter dicam quæ sint in eorum disputatione diversa, Luna, quam illi tertiam, vel xvi. vel xxiii. improprè nuncupant, hanc sanctus Theophilus primam, vel xiv. vel xxi. cælo demonstrante confirmat. Pascha autem, quod occidit Sol, eademque nocte transfacta, Luna occidente Sol oriatur. Unde evidenter apparet, quod Luna illi xxiii. vigilare in Sabbato Paschæ formidant, ipse xxi. assignans sine ulla trepidatione sanctum Pascha censeat celebrare. & quod illi præterito Sabbato xv. mentientes anticipant ipse xiii. ostendens, non eos iuste celebrare contentendos, ad xxi. differre non dubitat. xxi. autem Luna medietatem crescentis exinde quæ dicitur xxx. quæ & prima calculemus, nullus ignorat. Talis ergo debet videri xxx. qualis post pridie ad vesperam prima. xxx. autem Luna videri omnino non potest; quæ ad ultimum finem mense ipso xxx. die consumitur, Solique conjungitur, eodemque momento renascitur, paulatimque ab eo recedens, & per reliquam ipsius diei xxx. partem, usque ad aliam diem, quæ prima dicitur, crescens post Solis occubitum sic videtur, quemadmodum dixi ante pridie xxi. diluculo cernebatur. Qualis ergo est cæcitas mentis, vel dementia, ut cum videri non possit xxx. videatur adhuc deficiens, & dicatur prima, nonnumquam etiam & secunda? ac sic per omnem ordinem mentiuntur. Sicut enim pro xxx. secundam, & pro prima tertiam vocant; sic pro xiv, xvi. & pro xxi. dicere compelluntur xxi. sicut illius parvitate, qui dicitur est, bissexti dies invenisse, ut per hanc fallaciam Diabolus inter ipsa fidei sacramenta aucupetur animas Christianas. Hoc itidem in summo & inseparabile ponit exemplo, quod Salvator noster Luna xiv. quinta feria, Pascha cum suis Discipulis celebrasset, & ut semper ita fieret imperavit. Quod hodièque, sicut est traditum, celebratur, sanctumque christi conficitur, & cæna Dominica anniversaria solennitate completur. quod est perfectum, ac maximum sacramentum: sicut sanctus Apostolus sibi traditum, & ita tradidisse Corinthiis gloriatur. xiv. traditur, xv. passus, & xvii. resurrexit: ea videlicet Luna, quæ nullis interjectis tenebris, etiam secundum supputationem vulgi Solis lumine diluculo sociatur. Hoc enim vera salus indicium, ut post tergum relinquentes tenebras totius malitiæ æterno illo Solis lumine persruamur. Hunc ergo biduum Lunæ superfluum si dimiseris, illos quinque dies mensis novorum juxta rationem additos intellexeris; sed & illum diem de incrementis lunaribus in xix. annos, non xiv. vel sedecim adjeceris, omnem vim, & rationem veritatis hujus mysterii recognosces. Luna autem, quæ ab his dicitur iii. hodièque à Judæis, & Græcis dicitur prima, & merito videtur ad vesperam, quia jam & semis habere de xxx. & quæ, & æquæ & prima.

DOMINIS honorabilibus, sanctis fratribus Episcopis, Aurelio & Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Carthaginiensi Synodo congregatæ \* v. Kalend. Decembris, Cyrillus salutans in Domino charitatem vestram. Scripta venerationis vestræ multam habentia querimoniam cum omni læticia per filium nostrum Innocentium Presbyterum suscepi, à nobis sperantia, ut de scriinio Ecclesiæ nostræ verissima exemplaria ex authentica Synodo apud Nicæam civitatem Bithyniæ metropolim à sanctis Patribus constituta, atque firmata, sub fidei nostræ professione, vestræ dilectioni porrigamus. Unde Domini honorabiles fratres salute præcunte necesse habui per horum latorem filium nostrum Innocentium Presbyterum fidelissima exemplaria ex authentica Synodo in Nicæa civitate metropoli Bithyniæ habita vestræ charitati dirigere; quæ & in Ecclesiastica historia requerentes invenimus. De Pascha verò, ut scripsistis, mandamus vobis ix. Kalend. Maias nos futura Indictione celebrare. Et alia manu. Deus & Dominus sanctam Ecclesiam, id est, congregationem custodiat.

Quod optamus, carissimi fratres, ut simul Pascha celebremus § ix. Kalend. Maii, propter rationem embolismi anni. Quod si faciatis vii. Kalend. April. Luna xxii. ut cum preparatis communem annum facitis de embolismo, dum observatis Lunam incensam in iii. Non. Martias, juxta regulam Latinorum Kalend. Jan. Dominica Luna xxvii. & non observandum est in hoc anno pro causis, quas supra diximus. Sicut enim vitandum est Pascha quæ diximus in hoc anno; ita cavendum est, ne faciamus Pascha anni embolismi in anno communi, & communis in embolismo. Debemus enim investigare Epactas lunares in mensibus totius anni, ut celebremus Pascha in Luna primi mensis, in principio anni, post veris exordium. Sol enim ipse quotidie terra, marique pariter cluditur in fine diei, & in diei initio aperitur, & finit Sol cursum totius anni in xii. Kalend. Aprilis & lunaris globi plenitudo vel diminutio digitorum motu, rationis magisterio, & calculi supputatione aliqua prævidetur: ut numeremus xii. tantum Lunas juxta supputationem legalem Hebræorum in anno communi, & xiiii. in embolismo, secundum computationem dierum. Indicabo verò vobis, quod Pachomius Monachus insignis facis Apostolicæ gratiæ egregius fundator Ægypti conobiorum, edidit ad Monasterium, quod lingua Ægyptiorum vocatur bonum, litteras, quas Angelo dicente perceperat, ut non errorem incurreret in solennitate Paschalis ratione; scirentque Lunam primi mensis in anno communi, & embolismo. Carissimi Domini mei in mente habetote quod constitutum est Pascha primum in Ægypto, ad communionem, ut manducarent filii Israël agnum in typo veri agni, in Luna primi mensis. Posterior autem Pascha factum est ad recordationem, in quo manna descendit: quod ostendit, quod recederet agnus umbralis, quando descendisset verum manna. Dominus autem noster Jesus Christus conjunxit in una die agnum Judæorum verum manna, quando benedixit panem & vinum dicens: *Hoc est corpus meum, & sanguis meus*, in Luna primi mensis, in anni principio. Ideo recordemur, & memores simus offerre quæ obtulit Jesus pro nobis in primo mense. Dixit enim Dominus Jesus: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei recordationem & memoriam facietis*. Scrutinemque diligentissime quæ ordinavit Synodus Nicæna, Lunas xiv. omnium annorum per decemvennalem cyclum, ut non fallamur in Luna primi mensis, & celebremus Pascha in sequenti Dominico, & non faciamus in Luna xiv. cum Judæis & Hæreticis, qui dicuntur Telsaræcæcatitæ; & constitutum est in omnibus Synodis, præter Synodum Gangrensem, & Casariensem, ut non faceret ulla Ecclesia, vel civitas, & omnis regio contraria his quæ statuta sunt de Pascha in Nicæno Concilio. Credite mihi, quod si non scripsisset Synodus

\* Non est in G. zca Cyrilli Epistola pag. 212. † Θεσσαλον. Πέτασις. § In Græco, τῆς αὐτῆς δευτέρας ἡμετέρας Μαιῶν.



Synodus Nicæna cyclum lunarem primi mensis, sufficeret cyclus lapidis Silenitis in Perside ad exemplum rationis Paschalis...

VICTORII PRÆFATIO PASCHALIS Festi.

PASCHALIS igitur festi cursum tuis potius orationibus, quam meo fretus ingenio, quantum res sine, explorare contendens...

HILARI AD VICTORIUM EPISTOLA.

DILECTISSIMO honorabili sancto fratri Victorio, Hilarius Episcopus Archidiaconus Urbis Romæ...

EPISTOLA VICTORII AD HILARUM Papam.

DOMINO verè sancto, & venerabili in Christo Papæ Hilario Urbis Romæ Episcopo, Victorius...

\* eruditio. \* erudi. \* For. id. oia. \* For. de. legat. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu.

\* For. quod Paschalium. \* For. cre. duntaxat. \* For. quod. \* For. quod. \* For. quod. \* For. quod. \* For. quod. \* For. quod. \* For. quod. \* For. quod.

producit, à Latinis xxi. vel etiam xxi. perhibetur. Sic itaque, ut Pasche diem, quam illa delegerit, ista pars respuat...

tibili decursione concordibus, necessarium fuit, propter quam maxime huic inquisitioni secundum venerationis tue mandatum...

Huiusmodi confusiones diversa opinantium, eorum scilicet, qui regularem tramitem, seriè que temporum Lunæ ratione, quibus oportet peragi Paschale sacramentum...

Rursusque omnibus annis, temporibus, diebus, ac Luna maxime, quæ juxta Hebræos mensis facit, ritè decursus à mundi principio...

\* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu. \* For. qu.



AD  
APPENDICEM,  
ID EST,  
SCRIPTURUM VETERUM OPUSCULA,  
DE  
PASCHATIS CELEBRITATE,  
NOTÆ.

AD EPISTOLAM PROTERII.

**D**E epistola hujus argumento, actempore, habes lib. II. cap. LXV. pag. 115. De Paschate anni Diocletiani cxxxii. Christi cccclv. hæsitatio suborta erat, de qua consultus Proterius à S. Leone, respondet.

Meminit utriusque S. Ambrosii in Epistola ejusdem argumenti ad Episcopos Æmilie. Annus Diocletiani lxxxix. inquit à Thoth fixo anni Christi cccclxxii. Igitur anno sequenti, Christi cccclxxiii. labente eodem anno Diocletiani, orta est altercatio super Paschate, cyclo Lunæ xiiii. Solis xviii. littera F. Neomenia Paschalis xi. Martii, feria ii. decima-quarta, Martii xxiv. feria vii. Ideo nonnulli in termino celebrant: Catholici autem Martii ultimo. Præerat tunc Romanæ Ecclesie Damasus: Alexandrinæ legitimus Episcopus erat Petrus, qui Athanasio suffectus erat mortuo jam anno cccclxxi. Itaque dividendum est quid S. Proterius sibi velit, cum superstitem ait fuisse tunc patrem, & Episcopum Anastasium. An Athanasium scripsit, & hallucinatus credidit eum, quibennio ante decesserat, adhuc illo tempore vixisse?

In nonagesimo autem tertio. Christi cccclxxii. cyclo Lunæ xvii. Solis xxii. littera A. Terminus Paschalis Aprilis ix. Dominica. Ideo xvi. ejusdem mensis ritè celebratum est.

Item cum centesimo sexagesimo. Christi ccccliv. Vide lib. II. pag. 114.

Necessè est igitur & in ducentesimo. Scribe, & in centesimo septuagesimo primo.

Pag. 498. Illud etiam necessario. Corrigendum, & in futuro centesimo nonagesimo octavo. Hic est Christi cccclxxxii. Cyclos erat Lunæ viii. Solis xv. littera C. Igitur Neomenia Paschalis Nicæna v. Aprilis, Terminus Aprilis xviii. five xiv. Kalend. Aprilis Dominica die. Itaque dividendum Pascha fuit in vii. Kalend. id est xv. Aprilis.

AD EPISTOLAM I DIONYSII EXIGUI.

**H**anc Epistolam Dionysianarum primam esse in posteriori non obscure auctor indicat. Ea in regio codice, quem utendum mihi Cl. V. D. Rigaltius dedit, unica reperitur, eaque paulò quàm in Sirmondiano castigatior. Itaque cum illam typis jam expressam cum regio contulisset, unum & alterum locum, cui asteriscos adscripseram, ex eo supplevi: & in errata retuli. In eodem porro exemplari regio post Epistolam ista sequebatur.

Incipit cyclos decemnovennalis, quem Græci enneadecaeterida vocant, constitutus à sanctis Patribus, in quo quatuordecimas Paschales omni tempore sine ulla reperies falsitate. Tantum meminere annis singulis qui cyclos Lunæ, & qui decemnovennalis existat. In presenti namque tertio Indictionis est, Consulatu Probi junioris, tertiusdecimus circulus decemnovennalis, decimus lunaris est.

Hæc Dionysii ipsius esse verba satis intelligimus quibus ista subiecta sunt.

Hæc autem cyclos Dionysii v. decemnovennalibus constat, hoc est xcv. annis, sumitque exordium à dxxxii. anno Incarnationis Domini, & desinit in dcccxi. anno. Hunc ergo cyclosum prætermissimus, eo quod totus præterierit. Hæc ibi.

Ex prioribus Dionysii verbis colligitur annus, quo hanc epistolam auctor elucubravat, ac cyclosum suum xcv. annorum descripsit: nimirum ære communis dxxv. Philoxeno, & Probo Cos. Indict. iiii. aureo numero xiiii.

Quam post modum nonnulli. Credas de Scaligero vaticinari Dionysium; qui disponendi, ac celebrandi Paschatis rationem ex Judaico computo præscripsit: tunc aliter censuit ritè peragi posse, nisi recursorum ille cyclos in usum Ecclesie veniret: quod satis v. libro refutatam est.

Papa denique Theophilus. Lege cap. lxxviii. & lxxix. lib. II. Inde scies falsum esse Gennadium, qui à Nicæno Concilio conditum fuisse putavit auctorum xcv. cyclosum, eundemque Theodosio principi oblatum à Theophilo. Atqui Cyrillus Theophilus successor, hunc primum fabricatus est: ut hic Dionysius indicat.

xv. autem annorum. De cyclo Dionysiano multa & ab aliis dicta sunt, & à nobis variis in locis allata: quorum summam non alibi opportuniùs, quàm ad ipsa Dionysii verba colligemus.

Annus Alexandrinus (inde enim disputandi sumatur initium) quatuor mensibus civilis Romanorum anni primordium antecedit: Ecclesiastici verò, qui à Paschate proficitur; mensibus amplius septem. Rursus Dionysius Exiguus annos cycli sui à decima-quinta Luna Paschali orsus est; ut ex Epistola secundæ diagrammate liquet. Quare Paschalis Neomenia anni finem; Pascha ipsam, anni primordium occupat. Jam verò Cyrillus cyclosum suum inchoasse dicitur ab anno Diocletiani lxxii. qui apud Alexandrinus cepit à xxix. die Augusti in anno Christi cccclxxvi. cyclo Lunæ Romano xix. Alexandrinæ verò i. ineunte. Unde primum Pascha Cyrilliani cycli fuit anni Christi cccclxxvii. Post expletas enneadecaeteridas quatuor, & annos xlii. de quinta, hoc est consecutis annis lxxxix. de ennecontapentaeteride Cyrilli; Dionysius Exiguus, cum labem cycli istius animadvertere, animum adiecit ad emendandum. Scribit enim epistola secunda, sex adhuc annos de Cyrilli quinta enneadecaeteride reliquos esse. Ergo inter Pascha anni Christi dxxv. Indictionisque tertie, & anni dxxxv. Indictionis quartæ commentabatur ista Dionysius; ut ex ejus verbis intelligitur, quæ

quæ lib. xii. sub finem capituli iii. castigavimus ex Mariano Scoto. Postremum Pascha Cyrilliani cycli incidit in annum ære communis dxxxii. labente anno Diocletiani cxxvii. aureo numero xix. Ideo primus annus cycli Dionysiani initium habuit à decima quarta Paschali, quæ est xv. Kal. Maias, five dies Aprilis xvii. ac Neomenia, ut ita dicam, anni primi Dionysiani est illa ipsa decima septima dies Aprilis. Quod cum Beda, ceterique hætenus non animadvertissent, Dionysianam æram, atque cyclosum uno anno labefecerunt. Primus annus cycli Dionysiani cepit ante Periodi Julianæ 4712. aureo numero xix. desinit autem anno 4713. Aprilis v. Sed omninò videnda sunt, quæ lib. xii. cap. II. & III. de hac re scripsimus.

Ceterum ex hac epistola Dionysii liquidò constat cyclosum ab eo constitutum fuisse non annorum dxxxii. uti nos cum plerisque omnibus arbitrabamur; sed annorum xcv. Quamquam non nihil ex iis, quæ subjicit idem Dionysius, dubitationis oritur: uti paulò post dicetur.

Pag. 499. Nam licet anni Domini. Laterculus Dionysianus octo, vel novem versibus constabat, in quibus erant anni ab Incarnatione Domini, Indictiones, epactæ, concurrentes, cyclosum novemdecim annorum, decima quarta Luna, dies Paschæ, & fortean littera Dominicalis, ad eundem modum, quo in cyclis Bedæ præscripta sunt. Quod annos Incarnationis attinet, testatur Dionysius se quintam Cyrilli enneadecaeteridem cyclo suo præfixisse. Itaque cepit ab anno Christi dxxii. quo quinta Cyrilli enneadecaeteris iniiit: ita tamen ut postremos annos sex, qui ex eadem supererant, à prioribus jam elapsis discerneret. Verisimile est autem ad annum illum, qui communis ære numeratur hodie quingentesimus decimus tertius, Dionysium adscripsisse annum quingentesimum decimum quartum; cum Incarnationem Domini statuerit in eo anno, cui numerus aureus competit i. èstque Periodi Julianæ 4713. à quo quingentesimus decimus quartus est ille ipse, qui vulgò putabatur dxxii. de quo plura lib. xii. cap. II. & III. disputavimus.

Tamen tenorem similem constantiam. Explicatum est lib. II. cap. lxxvii. pag. 117. 118.

Sed hi qui ordine fixa. Concurrentes Cyrilli, nec non litteræ Dominicales, propter labem cycli, tenorem suum retinere non poterant. Ob id aliam seriem Dionysius apposuerat concurrentium, & litterarum; initio ab anno primo ennecontapentaeteridis sue ducto, qui est vulgaris Christi dxxxii. Unde pro eo quod in manuscriptis, & apud Bedam legitur, mobilium casuum, emendandum censuimus, casuum.

Et ideo post expletionem xcv. annorum. Cyclis suis quinque Dionysius ultimum præfixerat Cyrilli, de quo sex erant anni residui. Admonet igitur, ut expletis annis suis xcv. redeat ad idem initium non cycli Cyrilli quinti, sed primi sui. In quo perdifficilis inest questio. Videtur enim Dionysius cyclosum annorum xcv. talem existimasse, ut in orbem ferias, & Paschales Dominicas, ac Lunæ dies representaret. quod tamen paucis ante versibus negaverat: & res ipsa fieri non posse demonstrat: ut ex Laterculo discas, quod lib. II. pag. 117. 118. descripsimus. Itaque Præfationis illius auctor, quæ apud Bedam circulis Dionysii præfigitur, primum illum Dionysii cyclosum, ad quem consecutis annis xcv. recurendum esse monuit, de cyclo magno dxxxii. annorum interpretatur. Verum nihil ejusmodi Dionysianis ex verbis exculpi potest. Nam primum cyclosum suum appellat eum, quem à se conditum paulò antè dixerat, annorum quinque, & nonaginta. Crediderim equidem Dionysium ad eundem cyclosum xcv. annorum, concurrentium, litterarum Dominicalium, Dominicarum Paschaliarum, ac Lunæ dierum geminatos apposuisse versus; & notasse quibus vertentibus cyclis quo concurrentium, ac litterarum, &c. series capienda foret. Fortassis etiam ex Periodi Victorianæ annorum dxxxii. methodo illas ipsas mutabilium characterum series adscripsit. In cyclo magno Victorii ennecontapentaeterides sunt quinque solidæ cum annis lvii. five cyclis tribus. Sex igitur istiusmodi versus Dionysius instituit, qui concurrentium, litterarum, &c. ordinem continerent. Anno Christi cccclxxvii. quo primum Cyrilli Pascha fuit, cyclo Solis xxvi. littera Dominicalis erat C. Concurrentes iv. Pascha Aprilis xi. Evolutis xcv. anno Christi dxxxii.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

Part. II.

concurrentes fuerunt iv. littera Dominicalis DC. Sed bissextiles rationes conturbat. Quippe anno quarto cycli Cyrilliani primi, qui est Christi ccccl. littera fuit G. F. cyclo Solis i. Lunæ iv. concurrentes Martio mensis i. Pascha Aprilis vii. At anno quarto cycli primi Dionysiani, qui fuit Christi dxxxv. littera Dominicalis erat G. concurrentes vii. Pascha April. vii. Itaque non redeunt in orbem annales characteris post annos xcv. Nam & paulatim discrepantia major exiit: ut ex Laterculo libri secundi pag. 117. 118. patet. Ideo diversos characterum istorum ordines ad ennecontapentaeteridem suam Dionysius accommodavit, quos sine dubio ex majoris cycli methodo (uti diximus) accepit.

In quo etiam Luna. Notetur hoc Dionysii, imò Nicæni Concilii decretum, contra Scaligeri, Calvisii, & id genus Kalendarii artificum dogma: qui Luna xv. Pascha celebrari nefas putant. Etenim cum Luna xiv. in Sabbatum incidit xii. Kal. April. hoc est Martii xxi. posttridie Pascha peragetur. Id non nisi Luna cyclo, vel aureo numero xvi. evenire potest; cycloque Solis i. i. aut xiv. aut xx. aut xxv. Itaque quater in tota Periodo Victoriana contingit: ut in annis Christi lxxii, cccxix, ccccxiv, dxx. qui sunt prioris Periodi. In secunda verò, annis Christi dciv, dcccli, mxli, mcccxxvi. Proinde semel in ennecontapentaeteride Cyrilli; & in Dionysiana semel item accidit. In hac anno ipsius lxxvii. qui est Christi dciv.

Sed nec hoc præterendum putamus. Memorabilis hic locus; ex quo etate illa Dionysii difformis quosdam fuisse, qui lunarem mensum xxx. diebus circumscriberent. quæ fuit veterum, maxime Græcorum persuasio, uti lib. I. cap. vii. demonstravimus.

Unde plerumque contingit. Non dubium est istos, qui hic à Dionysio reprehenduntur; astronomicas tabulas secutos esse, ac æquæ animadvertisse. Anno Christi cccxxv. aureo numero lvi. Novilunium medium incidit in Martii xxx. feria 3. hora 23. 34. à media nocte in horizonte Regiomontano. Itaque Neomenia Paschalis fuit Martii xxxi. quo in die obignata est à Nicæna Synodo. Plenilunium medium Aprilis xiv. feria iv. hora 17. 56. Igitur Terminus in Aprilis xiiii. defixus est. quæ Luna xiv. tum erat. Anno verò Christi dxxxii. eodem cyclo Lunæ i. i. Novilunium medium Regiomonte Martii xxx. feria v. hora 13. 31. Plenilunium Aprilis xiv. feria vi. hora 7. 53. Verum quoniam annus dxxxiv. secundus est post bissextilem, prior autem ille proximus ab eodem: ideo sex horis ablati ex posteriori, si eundem cum priore ordinem teneret in Juliano quadriennio, contigisset Novilunium hora 7. 31. ut æquæ constata sit horarum xvi. circiter in annis ducentis. Proinde Neomenia lunaris astronomica conveniebat in Martii xxx. decima quarta in Aprilis xii. Quæ causa fuit, cur nonnulli Dionysii tempore Lunam illam xv. putarent, quæ Nicæno sæculo fuit xiv. Itaque castigandi non erant, nisi quatenus civilem & Ecclesiasticam observationem privata auctoritate labefactabant. Nam alioqui rectè de Luna ipsa secundam astronomicas rationes existimabant: tamen minus ad Paschalem Ecclesiasticam ritum faceret hæc illorum dxxxii.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.

Denique in sanctis Canonibus. Canon iste lxxx. ponitur in Cod. Canonum.



At Dionysius scilicet huic incommodo remedium paravit. Iussit enim eundem bis numerari diem. Nam ultimus dies ejus anni, qui numero aureo XVIII. prædictus est, id est Aprilis XVII. sive decima quarta Paschalis aurei numeri XIX. primus dies computatur anni sequentis, qui aureo numero XIX. labente incipit. Itaque dies uterque plenos habet, ille cccclxxxiv. iste cccclv. ut ex Diagrammate Dionysiano liquet. Sed idem minime sibi constat, dum eundem modo ultimum, modo primum appellat annum. Demonstratum est lib. vi. cap. x. annum primum cycli decemnovennalis eum esse, qui à decima quarta Luna incipit aurei numeri XIX. nimirum à xv. Kalend. Maias, & in Nonas Aprilis definit, habetque dies cccclv. ut in Diagrammate definitis verbis asseverat. Secundus autem incipit à xv. Luna aurei numeri i. videlicet à vi. die Aprilis, ac desinit in VIII. Kalend. Aprilis, quæ est Luna XIV. aurei numeri II. Itaque primus annus cycli cum aureum numerum habeat XIX. ejus epactæ sunt XVIII. secundi o. vel xxx. At hoc loco Dionysius contrarium indicat, & seipsum evertit. Quippe verbis istis; excepto videlicet anno primo, &c. primum appellat annum, qui à Paschate coepit aurei numeri XIX. ejusque ix. ferè menses occupat ad exeuntem usque Decembrem. Cum autem subjicit illum ipsum cycli decemnovennalis annum primum à XIV. Luna Pascha ultimi, id est nonidecimi anni progredi; ultimum eundem vocat, quem paulo antè primum nominabat. Hæc sunt incondita. Videtur Dionysius primum, ac secundum annum cycli pro primo, ac secundo aureo numero usurpare voluisse.

Indictio quippe IV. Hunc locum exposuimus lib. XII. cap. III. in fine: ubi & ostendimus legendum paulò post. Transacto anno, Indictione III. non v. quod & in scriptis, & cufis apud Bedam existabat, & nobis imposituerat. Eodem igitur anno Juliano posterior hæc scripta est, quo prior epistola.

AD PROLOGUM THEOPHILI.

Pag. 501. Hunc Latine, nisi fallor, transtulit Dionysius Exiguus. Græcum autem ipsum in schedis nacti sumus, quas ex veteri codice suapte manu descripsit, ad nosque misit R. P. Petrus Castellanus Societatis nostræ, ex Casaraugustano Collegio in Hispania. In his Opusculum erat Petri Alexandrini Martyris titulo inscriptum de XIV. Paschali à Judæis observata. cui subiectus erat hic Theophili Prologus sine auctoris nomine; nec integer tamen. ex quo Latinam interpretationem in nonnullis, quæ aperte mendosa erant, castigavimus, & vicissim Græcis ipsis ex Latina versione succurrimus.

Quod Achiva lingua. Ita Græcos usus ætatis illius appellavit. Marcellinus Comes Indict. IV. Eustathio & Agricola Coss. Theodosius Imperator Eudociam Achivam duxit uxorem. Idem Cos. Leone Augusto II. Indict. XV. Jacobus natione Achivus, religione paganus.

Pag. 502. Alter autem, quod & Salvator noster. Cum Latinis Græca non consentiunt. Nam illa Christum aiunt Luna XIIII. sub noctem traditum, & comprehensum fuisse; passum verò Luna XIV. ac XVI. surrexisse. At Latina Luna XIV. comprehensum, passum XV. decima verò septimâ surrexisse. quemadmodum etiam Cyrillus in Prologo scripsit. Itaque Græculus arbitrator Theophili verba commutasse, ut ad sententiam suam accommodarent: de qua in Animadvers. ad Epiph. Her. I. disputavimus. Existimant enim Christum Luna XIIII. coenam ultimam obiisse pridie Paschatis legitimi.

AD PROLOGUM S. CYRILLI.

ET LXXXIV. annorum Paschalem circulum. Talis est Epiphanius Cyclus à nobis Her. II. declaratus; in quo biduo Neomeniæ prævertunt. Vide omnino quæ illic à nobis disputata sunt. Nam ex iis cognosces quemadmodum ii, quos notat Cyrillus, Lunam, exempli causâ, XVI. putabant, quæ erat XIV.

In ordine autem annorum. Hic est Saltus Lunæ. Nam epactis una dies accedit. Vide lib. VI.

Pag. 503. In enim XIV. Lunam.] Videlicet v. cap. XII. pag. 236. 237.

AD EPISTOLAM S. CYRILLI.

DE hac Epistola vide quæ lib. II. cap. LXV. pag. 114. docuimus. Scripsit ad Africanos Patres Cyrillus anno Christi cccclxix. sed perbreve Epistolam, quæ est in Tomo I. Concil. Huic assuta est lacinia quædam alterius Scriptoris, quem penè ducentis annis posteriore fuisse post paulò certis argumentis efficiam. Verumtamen, quod in antiquis membranis quotidie cernimus; cum in eundem codicem farrago quædam variorum Scriptorum congecta esset, ac primo loco brevis illa Cyrilli epistola cum ejus nominis inscriptione cerneretur, cetera, quæ deinceps sine auctoris titulo subiecta sunt, eidem sunt attributa Cyrillo. Sed pervertit hæc hallucinatio videtur. Nam Beda lib. de Rat. Temp. cap. XII. quædam ex Cyrilli Epistola profert de Pachomio, & Selenitide lapide, quæ in hac ipsa leguntur. Sed & libro de Argum. Luna, pag. 151. hanc Epistolam à Cyrillo ad S. Leonem Papam scriptam esse dicit.

Quod optamus charissimi fratres. Quæ sit ætas appendicis istius ex Paschate illo, quod celebrandum præscribit, conjici potest. Etenim eodem anno Pascha & ab Latinis in VII. Kalend. Aprilis indictum fuisse significat, Luna XXI. cum Neomenia in III. Non. Martii, sive diem ejusdem v. incidisset; & à Catholicis in IX. Kalendas Maii, in anno embolimo, quem alii communem faciebant. Oportet igitur aureum numerum esse XIX. cui cyclus lunaris Latinorum respondet XVI. & solarem cyclum v. aut XI. aut XXII. aut XXVIII. qui scilicet Dominicalem litteram habent A. Eiusmodi autem anni sunt Christi LXXV. CLXX. CCLXV. CCCCX. DCVII. DCCII. DCCCXVII. DCCCXII. ut de aliis inferioribus taceam. Ex his omnibus nullus alius prudenter eligi possit, quam DCVII. qui & Bedam antecessit, & Cyrillo posterior est annis ferè cc. Ad hunc igitur annum referri debet hæc auctoris incerti lacinia, qui cyclum Solis XXVIII. cum aureo numero XIX. conjunctum habuit.

AD PRÆFATIONEM VICTORII.

Pag. 504. DE hoc consule quæ nos lib. II. cap. LXVIII. & sequentibus exposuimus.

Pag. 505. Hisque etiam quæ à sancto. Si hæc vera sunt; mutilum est hodie Prosperi Chronicon annis decem. Desinit enim in Coss. Valentinianum VI. & Nonium. At Victorius ad Valentinianum VIII. & Anthemium pervenisse dicit, qui est annus cccclv. quod & subinde confirmat idem Victorius: qui apud Prosperum LXXVII. annos esse dicit à Consulatu Ansonii, & Olybrii, in quem desinit Hieronymus, ad VIII. Consulatum Valentiniani.

Quapropter vir venerabilis. Quæ deinde disputat Victorius, ea Librariorum quidem osecantia mendis inquinavit: sed auctoris ipsius culpa multò foedioribus sunt insectiæ notis aspersa. Horum est caput; tam ipso anno exitus Israëlitarum ex Egypto, quam quo passus est Christus, feriam VI. incidisse in VIII. Kalend. Aprilis, qui est Martii XXV. Porro annus exitus ex Eusebianis calculis ab illo putatur mundi ter millesimus sexcentessimus nonagesimus ieniens, ab VIII. Kalend. Aprilis. Ab orbe condito ad annum Christi cccclviii. sive ad Coss. Constantinum & Rufum, numerat annos 5658. Nam ad Diluvium anni sunt 2242. Hinc ad ortum Abraami, 942. ab hoc ad Consulatum Ansonii, & Olybrii, anni sunt 2395. adde jam LXXX. ad Coss. Constantinum & Rufum. Summa conficit annorum 5658. Annus Christi 457. est Periodi Julianæ 5170. ad hunc adjecta integra Periodo Juliana, & ex aggregato 13150. detractis 5658. residua sunt 7492. Igitur anno 7493. proleptice Periodi incidit epocha mundi Victoriana. Jam si ad 7492. addideris 5690.

& ex constat summa integram Periodum Julianam demperis, habebis annum 3202. Periodi Julianæ, quo exitus Israëlitarum contigit; qui est XXII. à vero anno quem nos statuimus Juliana Periodi 3183. Anno 3202. aureus numerus fuit X. Solis cyclus X. littera B. quæ est ad Victorii mentem idonea. Nam feriam VI. exhibet Martii XXV. Sed Luna Nicæna tum erat XII. non XIV. Novilunium porro contigit anno illo Martii XIX. hora 15. 16. 3. Lutetia. Itaque Luna VI. incurrit in Martii XXV. & frustra est Victorius. Rursum passum idem Christum existimat Geminis duobus Coss. anno mundi 5229. Deductis 5228. de 5658. superfunt 430. ac totidem revera annos à Passione colligit ad Consulatum Constantini & Rufi. Demptis 429. de 457. restat annus Christi 28. quo passionem obierit. Quamquam Geminorum Consulatus ætæ communis annum obfudet XXIX. quem & habuit in animo Victorius. Opus enim illi fuit littera B. quam idem annus exhibet. Sed Luna XXVIII. Nicæna tunc in XXV. Martii competebat. Ideo vanissimum est hominis commentum. Sanè hæc omnia non sunt nauci. Conferri tamen possunt cum simili Computistarum figmento, de quo lib. XII. cap. XI. differuimus.

Usque ad Constantinum & Rufum. Anno Christi cccclviii. quo Victorius ista scribebat; qui est S. Leonis Papæ XVIII. Hunc enim certis postea notis exprimit. Januariis Kalendis feriam III. & VIII. Kalend. Aprilis feriam II. Lunamque XIV. quæ omnia in Christi cccclviii. competunt. Nondum igitur Papa erat Hilarius, quando Victorius in hanc operam incubuit.

Quæ die quarta existens mundi. Rectè igitur à nobis epocha mundi Victoriana constituta est ab anno Periodi Julianæ proleptice 7493. Nam cyclus erat Solis XVII. littera A. G. Unde VIII. Kalend. Aprilis, sive Martii XXV. erat feria I. & v. Kalend. Aprilis feria IV. Sed quod Equinoctium illo die tum fuisse dicit; id verò per absurdum est. Nam ab eodem anno, ad Nicænam Synodi tempus, quo Equinoctium circa Martii XXI. constitit, anni sunt 5525. quo intervallo diebus XLIII. ferè anteverunt æquinoctia. Quare Maii secundo circiter die conveniret æquinoctium, si tunc mundus existisset.

Hoc est XIV. jubente Creatore. Vides quo sensu Victorius plenam appellavit decimam quartam: videlicet eò quod in noctem illam desinat, cujus initio Luna Solem ex adverso respiciens pleno orbe resplendet. quemadmodum Clavius contra Scaligerum asseverabat. quod immerito iste redarguit.

Illud præterea insinuare. In Paschali suo Victorius duplex Pascha notaverat; alterum Latinorum; Alexandrinorum alterum: ut utrique parti consulere. Testatur hoc Victor Capuanus apud Bedam lib. de Ration. Temp. cap. XLIX. ubi Victorium refellit; qui anno illo post Consulatum Basilii novies: (Malè in cufis Proconsule Basilio legitur. In membranis regis, Pascha Basilii.) Pascha præscripserat alio die, quam VIII. Kal. Maias obeundum: tametsi illum quoque designasset, quo Catholici celebrantur. Erat hic annus Christi DL. cyclo Solis XXVIII. B. cyclo Luna XIX. Indictione XIII. Latini Pascha peregerunt Aprilis XVII. in ipso termino. At Catholici XXIV. die mensis ejusdem.

